Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nunc autem mihi non est;
÷ Expandi manus meas ad te.
Liberatus ab inimico. Nihil aliud
possum facere nisi paenitentiam agere. & manus meas leuare ad te anima mea.
÷ Sicut terra sine aqua tibi;
sicut terra sine aqua sitit & querit umbrem. ita anima mea desiderat & sitit te dominum.
÷ Velociter exaudi me domine defecit
spiritus meus. anima mea defecit
caro mea defecit spiritus meus.
tamen remansit in me & ipsum
defecit sed uelociter exaudi
me. & miserere re.
÷ Notam fac mihi uiam in quam
÷ ambulem. Xpm tuum notum
fac mihi qui dixit ego sum uia.
Spiritus tuus bonus deducat me
in terra recta.
Hic impiissimi arriani proponunt nobis & dicunt. magister
bone quid faciam bonum ut aliquid
fiam. qui dicit quid me dicis
bonum nemo est bonus nisi unus
deus. ergo si filius non est bonus
red pater maior pater a filio
Ergo secundum tuum sensum impiissimae arriane qui maior
filius aut pater ter utique dicis
filius hic ergo dicit spiritus tuus
bonus deducat me in terra recta
Ergo ir spiritus bonus est. qui minor est.
sicut tu dicis multo magis
filius bonus est. qui maior est xpi
euangelium autem habet & accedens unus de scribis temptans
eum ait. magister bone & ait
quid me dicis bonum & non confi
teris sicut aliquis temptans
episcopum suum quem contempnit
dicat illi episcope & ille respon
deat tibi non sum episcopus
recede a me. alibi autem non le
gistis. bonus pastor ponit
animam suam pro ouibus. quid autem
melius filio qui carnem induit
propter nos & passus est. no
uem menses in utero uirginis
& descendens de sua maiestate
in suo sanguine fuit in incu
nabulis fuit passus est. pro no
mentia crescere & uerberari & alapizari & cruci
fixi quid hoc melius.
FINIT DE PSALMO CXLIII

INCIPIT DE PSALMO CXLIIII.

Propter eos qui ignorant latinam lin
guam licet multa
de euangelio dixerimus
tamen debemus & de
praeterito